Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



ne me ex petro fatias fudam: Nudi eta
quid Paulo dicat nihil intulimus in huc
mundum: haud dubium qd nec auferre quid
possumus: habentes autem alimenta et qb
tegamur. his contenti sumus. Nam qui
volunt divites fieri incidunt in tentationem
et in laqueum diabolo et desideria multa
et inutilia et nocua que mergunt homines
in interitum et perditionem Radix enim
omnium malorum est cupiditas: quam quidem
appetentes erraverunt a fide: et inseruerunt
se doloribus multis Homo autem dei hec fuge.
Et tu me cupere iubes cesar: que velut
venenum effugere debeo. Et quis preterea
Pro tua prudentia cesar arbitreris quis
inquam inter hec divinis rebus faciendis
erit locus. Apostoli quibusdam indignan-
tibus q viduis ipsis in ministerio quotidiano
deservirent: responderunt non esse equum
derelinquere verbum dei et ministrare
mensis. et tamen mensis viduarum mi-
strare quito aliud est qm exigere vectigalia
curare erarium et stipendia numerare
militibus et mille alios huiusmodi curis
implicari: nemo militans deo implicat
se negotiis secularibus inquit Paulus
Nunquid diaconi cum ceteris levitis
generis aliud qm dm tabernaculum pro
curabant. cuius filii quia ignem alienum
in thuribulis ministrant: ignis celesti
deflagraverunt. et tu iubes nos igne
secularium divitiarum vestitum ac plenum
in sacra turibula id est in sacerdotalia